

Pacatus] Vide Pax.

Pacensis] Colonia, Octavianorum Colonia est, quam & classicam fuisse appellatam refert Plin. lib. 3. cap. 4. Eam è Roma deductam esse apud nostratem Forum Iulij idem eodem loco author est. Forum Iulij nunc Feriendicimus in extrema Prouincia.

Pacensis conuentus. Plin. lib. 4. cap. 22.

Pachorus] Vide Pacorus.

Pachydermos] παχυδέρμω, crassipellis, fatuus, rudis: ita enim Græci obtusioris ingenij homines uocitare consueverunt. Cælius Rhodiginus lib. 6. Lectionum antiquarum, cap. 1. παχυδέρμω, ἀδρῶε, παχέω, inquit Hesychius, id est crasse, pinguit. Hinc παχυδέρμω, id est, pinguius, per maiores partes. Vlpian. l. 7. de Peculio in P. Scire autem non utiq; singulas res debet, sed παχυδέρμω, id est, pinguius, in summa quod aiunt. Pinguius donatori succurrere debemus, quam ei, qui uerum debitum persoluere compellitur. l. 49. de re iudicat. in P. Gell. lib. 14. cap. 1.

Pachynus] pen. prod. (παχύνω) promontorium Sicilæ, Peloponnesum spectans, ab aeris crassitudine: nam παχύ, pingue & crassum dicitur. Virg. 3. Aeneid. 86.

Præstat Trimacrij metas lustrare Pachyni. Priscianus in Perihegesi,

Qui procul effusis Pachyni distenditur oris. In quo uersu penultima quidem corripitur, sed caue imiteris.

Versa est Pachynos ad Austros. Ouid. 13. Metam. 157.

Pachytis] Morbus oculorum, quoties ex humore tumescunt, crassiores densioresq; apparentes. παχύτις enim densitas, tumor, crassitudo appellatur. Cæll. lib. 7. cap. 20.

Pacifer, Pacificator, Pacifico] Vide Pax.

Pacideianus] pen. prod. (πακιδειανός) Gladiator apud Lucilium, ut refert Cicero 4. Tuscul. 73. ad Quint. fratrem, lib. 3. 20. 3.

Pacinus] pen. prod. Vnus ex nepotibus Volsinij regis, cognomento Luculli, qui relicto Illyrico, in Italia consedit, ubi & populos Pacinates de se nominauit. Auth. Festus.

Pacionem] antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus: unde & Pacisci adhuc, & Pæcio in usu remanet. Festus.

Paciscor] pacisceris, pen. corr. pactus sum (συνομιλεῖν, παύειν, ἀποδοχῆν, ἐμπιθέω, συμπαύω) pacisci, Pactum facere, conuenire: & serè præpositioni cum adiungitur. Cicero in Parad. 55, Si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis. Plin. epist. 109, Peto, atq; etiam paciscor, ut simul agat Cremutius Ruso.

Pacisci de mercibus. Suet. de clavis Grammat. 7.

Pactus sum hanc rem. Iustinus lib. 2, Cum Xerxe nuptias filie eius paciscitur.

Pacisci & constituere diem. Cic. 1. in Catil. 17.

Fœdus pacisci. Cic. pro Sextio, 26.

Inducias aliquot dierum cum hoste pacisci. Cic. 1. Off. 49.

Pactus est duo millia. Mart. lib. 8. 18.

Premium pacisci ab aliquo. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 19. 3.

Pretium pacisci. Ouid. 8. Metam. 62.

Pretium prædonibus pro capite pacisci. Cic. 3. Off. 145.

Rem aliquam alia pacisci. Senec. 1. de Clement.

Pacisci uitam ab hoste. Salust. in Iugurtha. id est, pactum de uita salua facere.

Vitam pro laude pacisci. Virg. 5. Aeneid. 46.

Pactus dimitti. Plinius libro 8. capite 7. 1, Nanque unum qui supererat, obiecit elephanto: & ille dimitti pactus si interemisset, solus in arena congressus, magno Pænorum dolore confectus.

Paciscor cum. Cic. 5. Verr. 28, Ne quis frumentum de area tola-

leret, antequam cum decumano pactus esset.

Pacisci mercede cum aliquo ut. Liu. 5. bel. Pun. 183.

Sestertio cum aliquo pacisci. Cic. in Salust. 12.

Filiam alicui pacisci. Cic. Attico, lib. 5. 109. 2.

Hec tibi pacta est Callicli filia? l. v. ego ducam pater. Hoc est, Promissu ne ipsa tibi, siue dedit tibi fidem? Plautus Trinum. 17. 57. Plin. lib. 15. cap. 30. 8.

Iniquè pacisci. Vide Iniquus.

Pactus, Participium (συμολογηθῆναι) Pacto decretus. Plautus Asin. 12. 145,

— hinc inerunt uiginti mima bone, mala opera parte.

Has ibi nos pactis legibus dare iussit. Barbari, Sub conditione dicunt.

Meritus & uoce pactus est. Ouid. 5. Metam. 6.

Coniux pacta. Ouid. 14. Metam. 90.

Fides pacta. Ouid. 3. Fast. 97.

Fœdus pactum. Virg. 4. Georg. 32.

Pactæ cum hoste induciæ. Cic. 1. Off. 49.

Merces pacta. Horat. 3. Carm. ode 3. 5.

Pactam rem habeto. Plaut. Pœn. 17. 37.

Teda pacta, Coniugium pactum. Ouid. 9. Metam. 145.

Pactum, pacti (συμβολή, ὁμολογία, συμβόλαιον, σύμφωνον)

Conuentionem significat. Cic. 2. de Inuent. 171, Pactum est quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, ut iure præstare dicatur. Vlpianus de pollicitationibus, l. pactum, Pactum, est duorum consensus atq; conuentio: Pollicitatio uerò, offerentis solius promissum. Idem de pactis, l. 1. pactum autem à pactione dicitur: unde & pacis nomen appellatum est.

Conditio atq; pactum. Cic. 2. Verr. 11.

Pacta, conuenta stipulationes, & c. in foro cognoscenda. Cicero 2. de Orat. 56.

Formula pacti. Ouid. epist. 9. 30.

Inexorabile pactum. Stat. 1. Theb. 1.

Sacrum pactum. Valer. 3. Argon. 80.

Conuenit pacto. Vide Conuenio.

Exuere pacta. Facit. lib. 5.

Ligare pacta. Propert. lib. 4. eleg. 4. 17.

Observantur ex conuentu sine legibus pacta. Author ad Herennium, lib. 2. 53.

Præstat iuri pactum. Cic. 2. de Inuent. 171.

Seruare pactum. Cic. 3. Off. 124.

Pacto, Ablat. pro Modo aliquando ponitur. Plaut. Rud. 31. 46, Non tacebo unquam alio pacto, nisi talæto comprimor. Hoc est aliàs. Terent. And. 1. 1. 22, Eo pacto & gnati uitam, & consilium meum cognosces.

Nulla pacto. Vide Nullus.

Pactio, pactionis, Verbale (συμβολία, σύνθεμα) Vlpianus de pactis, l. 1, Est autem Pactio, duorum, pluriumue in idem placitum & consensus. Cicero 3. Verr. 11, Sciebam in rei iudicibus nonnullos memoria nostra pactionis suspicionem

Accedere ad pactionem. Vide Accedo. (non uitasse.)

Adire ad pactionem. Vide Adeo, adis.

Pecuniarum pactiones agere. Cic. de Prouinc. Consul. 8.

Conficere pactiones. Vide Conficio.

Facere pactiones. Cic. 7. Verr. 93.

Facere de tota lite pactionem. Cic. pro Rosc. Comædo, 23.

Nuptialem pactionem facere. Liu. 4. ab Urbe, 21.

Intercisc pactiones. Cic. in Parad. 58.

Obligare pactionibus suorum præmiorum aliquos. Cicero. Post red. in Senatu, 29.

Perturbare conditiones & pactiones. Cic. 3. Off. 146.

Venire ad aliquam pactionem. Cic. 2. de Inuent. 176.

Pactos